

Werk

Titel: Meditationes Philosophicae De Religione Christiana Optimum Fortunarum Usum Docent

Untertitel: Vale Præterea Dicent Quinque Alumni Academias Petituri

Autor: Helwing, Christian Friedrich

Verlag: Stanno Meyeriano

Ort: Lemgoviae

Jahr: 1754

Kollektion: vd18.digital

Signatur: 8 PHIL I, 663:25 (6)

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN86181889X

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN86181889X>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=86181889X>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

6.

MEDITATIONES PHILOSOPHICAE
DE
RELIGIONE CHRISTIANA
OPTIMUM FORTUNARUM USUM
DOCENTE

QUAS
SUB PRÆSIDIO
CHRISTIANI FRIDERICI HELWINGII
GYMN. LEMGOV. RECTORIS

die SEPT. DEFENDENT

HOR. IX. MATUT.

ALBRECHT WOLFGANG DÖNCH,
LAUENHAG. BUCKEBURG.

ET

HOR. II. POMER.

JUSTUS CHRISTOPHORUS KOCH,
BERKELA-HANOVER.

VALE PRÆTEREA DICENT QUINQUE ALUMNI ACADEMIAS
PETITURI.

LEMGOVIAE
STANNO MEYERIANO MDCCCLIV.

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАУЛА ПОСЛАНИЯ
КЪ РИМЛЯНОМЪ
СОГЛАСНО СВЯТОМЪ ПРОФЕТИЯМЪ
ПОСЛЕДНІИХЪ
СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАУЛА
СОГЛАСНО СВЯТОМЪ ПРОФЕТИЯМЪ
ПОСЛЕДНІИХЪ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАУЛА
СОГЛАСНО СВЯТОМЪ ПРОФЕТИЯМЪ
ПОСЛЕДНІИХЪ
СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАУЛА
СОГЛАСНО СВЯТОМЪ ПРОФЕТИЯМЪ
ПОСЛЕДНІИХЪ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАУЛА
СОГЛАСНО СВЯТОМЪ ПРОФЕТИЯМЪ
ПОСЛЕДНІИХЪ
СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАУЛА
СОГЛАСНО СВЯТОМЪ ПРОФЕТИЯМЪ
ПОСЛЕДНІИХЪ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАУЛА
СОГЛАСНО СВЯТОМЪ ПРОФЕТИЯМЪ
ПОСЛЕДНІИХЪ
СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАУЛА
СОГЛАСНО СВЯТОМЪ ПРОФЕТИЯМЪ
ПОСЛЕДНІИХЪ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАУЛА
СОГЛАСНО СВЯТОМЪ ПРОФЕТИЯМЪ
ПОСЛЕДНІИХЪ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАУЛА
СОГЛАСНО СВЯТОМЪ ПРОФЕТИЯМЪ
ПОСЛЕДНІИХЪ

Conspectus Paragraphorum.

§. 1. Gentilium & aliorum falsa & confusa de fortuna sententia. §. 2. Definitio fortuna & fortunarum secundarum. §. 3. Fortuna secunde non sunt virtutum confessaria naturalia. §. 4. Non cum omni & vera felicitate nostra commutanda sunt. §. 5. Prosternit de ille obtinendis solliciti sumus. §. 6. Inflant in vitam nostram. §. 7. a) physice. §. 8. b) civiliter. §. 9. c) moraliter. §. 10. Efficiunt fortunarum secundarum morales plerumque pessimi sunt. §. 11. Docet christus nam religionem optimum fortunarum suum commendare, que vult, ut §. 12. I. Defines in tradendis fortunis investigemus. §. 13. II per eos Dei gloriam manifestemus & angeamus. §. 14. III. Denim imotemur. §. 15. IV. docet, nos de earum atra rationem reddituros esse. §. 16. V. Deum semper nobis adesse. §. 17. VI. Reste oblis uicentem pramiis ornatum iri. §. 18. VII. Majora bona quam fortunas nobis monstrat. §. 19. VIII. Neque tamen fortunarum contentionem commendas. §. 20. IX. Preparat nos ad fortunarum secundarum saltaram.

Contra quas propositiones praeter extraordinarios Opponentes Doctissimos & Honoratissimos surgent

1) Hora IX. matut.

JOHANNES ERHARD BENEKEN, Wennigsa Hannoveranus &

SIMON THEODORUS HOFFMAN Braka Lippiacus

2) Hor. II. pomerid.

GEORG. LUDOVIC. WEIBEZAHN, Fischbeka Hassus &
BALTHASAR JOHANN. CONRAD. KOCH, Berkela-Hannoveranus.

§. I.

Quanta per omnem terrarum orbem fortuna fama sit, nemo ignorat. At qualis fortuna, quæ adeo mortalibus imperat? quam timent? de qua tantopere laborant? Quodsi enim curatius hominum sententias examinaveris: tam varias tamquæ inter se discrepantes eas reperies, ut certi experiaris nihil. Suam quisque sibi fingit fortunam. Roges queso tyramnum atrocem & crudelem; & habe-

habebis vim & crudelitatem inultam. Miles victoriam ab hostibus deportatam; invidus aliorum pernicem fortunam appellabit; & super pecuniae tuae direptionem. Num isti veram fortunae formam novierunt? At fortuna quale monstrum, si ex antiquitatis monumentis gentilium sententias perlustramus! En quæso deam, cui preces, qui victimas obtulerunt. Incredibile dictu! Audias hac de re Pacuvium, cujus verba nobis CICERO *) reliquit, digna sane, quæ legantur:

Fortunam insanam esse, & cæcam & brutam perhibent Philosophi, Saxonque illam instare globose prædicant volubili. Ideo, quo saxum impulerit fors, cadere eo fortunam autumant. Cæcam ob eam rem esse iterant, quia nihil cornat, quo sese applicet. Insanam autem ajunt, quia atrox, incerta, instabilisque fit. Brutam, quia dignum atque indignum nequacat internoscere. Sunt autem alii Philosophi, qui contra fortunam negant. Esse ullam, sed temeritate omnia autument regi: id magis Verisimile ajunt, quod usus reapse experiundo edocet. Velut Orestes modo fuit Rex, modo mendicus factus est. Naufragio res contigit: nempe ergo haud fortuna obtigit.

Nec meliorem fortunæ formam nobis HORATIUS **) pingit:

*O Diva gratum qua regis Antium,
Præsens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphos - - -
Te Dacus asper, te profugi Scytæ,
Urbesque, gentesque, & Latium ferociæ,
Regumque matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni,
Injurioso ne pede proruas
Stantem columnam - - -
Te semper anteit seiva necessitas,
Claves trabales & cuneos manus
Gestans abena; nec severus
Uncus abest, liquidumque plumbum;*

& alio loco ***)

-01 Fortuna sevo lata negotio,
-010 Ludum insolentem ludere pertinax,
-010 Transmutat incertos honores
-010 Nunc mihi, nunc alii benigna.

Aequo fœdum, quamvis diversum monstrum Scyra sibi fingebant, cuius CURTIUS *****) mentionem facit: nostri sine pedibus fortunam esse dicunt, qua manus & pennas tantum habet, cum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non finit. Quid non humanum ingenium potest! Evidem probe scimus, non omnes gentiles tam absurdas & futilis fortunæ descriptiones secutos esse, quod ex multorum scriptis satis patet. Præsertim CICERO *****) plurim Deorum divinitatem negans de Fortuna dicit: quo in genere vel maxime Fortuna est numeranda, quam nemo ab inconstancia & temeritate se junget, qua digna certe non sunt Deo. Et MACROBIUS *****) quam (fortunam sc.) & Philosophi, qui eam nominant, nihil sua vi posse, sed decreti sive providentia ministram esse volunt. At Stoicorum προφητας ceterosque Deos, quorum ministra, testante Macrobo, Fortuna est, quales putas? Nonne æque ac Fortuna fabulæ & chimeræ sunt?

*) Libr. II. ad Herennium.

od. 29.

) Carm. L. I. od. 35. **) Carm. L. III.

*****) Lib. VII. c. 8. *****) Cis. de nat. Deorum

L. III. c. 24.

*****) Macr. Saturn. L. V. c. 16.

§. 2.

Quodsi quaras, quid ipsi de fortuna sentiamus: putamus eam sive prosperitatem sive miseriam nostram, quatenus & causis externis pender. Fortunas autem secundas, cum quibus hisce pagellis nobis res erit, dicimus commoda, qua nobis fortuna tribuit. Qualia sunt, 1. animi dotes quævis, 2. omnia corporis bona, 3. splendidus ordo, 4. opes, 5. sautores liberales & sapientes, 6. eximium honoris decus, 7. amici sinceri, 8. inferiorum voluntas. At, quod probe notes velim, hæc omnia fortunas secundas dicimus, quatenus ea non meritorum nostrorum consecaria, sed gratuita providæ Dei curæ dona sunt.

§. 3.

Cave fortunas secundas bonarum actionum & virtutum tuarum consecaria credas. Quæ quidem nonnumquam ad augendas

das eas aliquantum conferre possunt: at non nisi remotissime. Dotrinam & artes tibi habe & diligentia tua; sed non eadem fortunarum ratio est, quæ omnem potestatem nostram elidunt. Tot optimi viri, summis virtutibus ornati, saepius calamitates innumeræ experti sunt: & contra ea, tot inutilia terræ pondera, tot pessimi tyrañni cimoium rerum copia abundarunt. Liceat unicum ex tot exemplis afferre. Quot quæso Epictetus tantæ virtutis homo afflicsus est malis? quam duram, quam immeritam sensit servitatem? Contra ea quam Elagabalo homini indignissimo & tyranno atrocissimo fortuna arrisit? Num quæso uterque meritis suis ejusmodi fortunam sibi contraxit?

§. 4.

Fortunas secundas esse bona satis constat §. 2.: at errant, qui cum omni & vera felicitate nostra eas commutant; sunt enim non nisi pars felicitatis nostræ & quidem externæ. Fortunæ secundæ sunt cadentes & fragiles, & quis bonis ejusmodi brevibus & incertis felicitatis nomen tribuet? Præterea fortuna, cui commoda tribuit, permittit potestatem, num illis uti velit nec ne; quod si negligit, quomodo cum felicem prædicabis?

§. 5.

Fortuna prorsus a potestate nostra non pendet §. 2.; commoda ejus nullo labore, nullo studio, nulla diligentia nostra obtineri possunt: frustra itaque de fortunis secundis obtainendis nimis sollicitus es.

§. 6.

Arctissime cum omni vita nostra conjunctas esse fortunas secundas, satis docuisse videmur. Quid igitur mirum, si quævis earum mutatio universam rerum nostrarum faciem mutat. Quod quidem sit sive *physice*, sive *civiliter*, sive *moraliter*.

§. 7.

Omnia mihi ex sententia cedunt, omnibus copiis, omni honore

nore ornatus sum; non amici, non servi, non fautores mihi defunt: quid exinde? In dies magis magisque reipublicæ innotesco. Oculi plura vident, audiunt aures, quæ antea audire nefas erat. Non tempus, ut placet, terere, non iter pro arbitratu facere possum. Nunc adsunt adulatores, quos timeam; nunc invidi, qui insidias struunt; nunc ministri, qui imperata expectant; nunc amici, qui fiduciam in me figunt; omnium oculi in me unum conjecti sunt; omnibus satisfacere teneor. Plus metuendum est, ne rerum mearum jacturam faciam: cautor esse cogor & ad omnia attentior. Tantum fortunæ in vitam influunt physice!

§. 8.

Quid tandem *Vandalos*, quid *Helvetios*, quid *Gothos* commovebat, patriam cum regionibus remotis commutare? Cur non hodie *Saxones*, cur non *Suevi* urbes & oppida sua relinquunt? Nonne fortunarum secundarum defectus eos compulit? Quicquid in patria habebant, ubique recuperare poterant. Opes, divitias, honores ceterasque fortunas nemo sane relinquet. Vir itaque dives & gravis arctius cum republica conjunctus est, quam pauper. Viri, quibus fortuna arridet, qui opibus, qui facultatibus abundant, sunt quasi vinculum reipublicæ: plebs semper esset vaga & instabilis, nisi isti opes suas cum ea communicarent. Fortunæ secundæ majores & crebrios nobis præbent occasiones, aliis five nocendi five beneficia tribuendi, five virtutem five vitium promovendi, legibus & consilio reipublicæ aut saluti esse aut perniciei. Plus splendent virtutes viri auctoritate & gravitate prædicti; at & latius ejus vitia serpunt. Mille homines eum imitantur; mille oculi quicquid facit observant: adeo in vitam *civilem* fortunæ influunt!

§. 9.

Quis est tam firmus & constans, quem non fortunæ secundæ mutarent; cui non five ad virtutem five ad vitia calcar essent? Hic miserorum pater, viduarum & orborum refugium; ille elatus, insolens & superbus evadit. Hunc omnes corrigere possunt; ille veritatis impatiens est. Hic voluptate non nisi honesta fruitur; ille mol-

mollis, effeminatus & luxuriosus evadit, nec umquam modum voluptatum tenere potest.

§. 10.

Alterum solemne est, ut fortunis secundis qui augeantur etiam vitiis crescant; alterum vero rarissimum, ut, quo magis cui omnia ex sententia cedunt, eo magis etiam virtutibus enitescere cupiat. Plurimi nimis praesentis fortunae serenitati credentes, naturam descendunt. Quod eo solemnius est, quo maturius & quo celerius quis tollitur, quo majores ejus fortunae secundae sunt, & quo miserior pristina rerum ipsius facies, ex qua emergit. Quotusquisque fortunis, ut par est, utitur? Videtur sane calamitas magis ad hominum naturam praesentem accommodata esse, quam externa felicitas.

§. 11.

Tantum itaque cum fortunarum secundarum periculum sit, ut & optimos viros sapissime corrumpant, quid utilius, quid inquam magis necessarium est, quam ut utamur praceptis, quae legitimum & optimum fortunarum usum docent? At ubi ea reperimus? Quis ea tradit? Totus philosophorum orbis nobis non satisfacit. Quantam quantam gentiles magnanimitatem commendant, quantum quantum laudant virum, quem SENECA *) optime appellat, honesti cultorem, virtute contentum, quem nec extollunt fortuita nec frangunt tanta tamen in varietate & dissensione constituti sunt, ut cui credendum sit nescias. At est unicum refugium christiana religio, quae quidem nobis tradit præcepta, quae non fallunt. His qui credit, semper tutus ibit, quod jam luculentius docebimus.

*) Sen. de vita beata c. 4.

§. 12.

Christianos merito præ omnibus terrarum gentibus felices terrebeatos prædico, qui religione tam præstanti utuntur, religione inquam, quæ tam sapientibus tamque salutaribus doctrinis abundat. Vel ex solis præceptis de fortunarum usu religionis nostræ sanctitas mi-

(9) 50

mirum in modum emicat. Docet christiana religio, omnia, quibus utimur, bona a Deo omnipotenti & sapientissimo ad nos permanere, hunc omnem rerum humanarum procreationem habere; eumque non temere, sed sanctis & optimis rationibus motum alteram alteri præponere. Gentilium fortuna cœca erat nec ipsa, cui quid largiatur, sciebat; benefica itaque sed stulta & proinde maxime periculosa erat. Deus, quem colimus, nihil facit frustra; infinitus ejus intellectus omnia ab æterno agitavit; ejus fines si cui benedit semper sunt sapientissimi: nostrum itaque esse i. christiana religio docet eos investigare, probare & quantum in nobis est promovere.

S. 13.

Nihil prius II. christiana religio commendat, quam ut animam & corpus, omnes vires, omnes facultates Deo sacremus; ut nulli rei, si quid gloriae ipsius manifestatio postulaverit, parcamus. Quantula pro tot tantisque beneficiis retributio!

S. 14.

Identidem III. christiana religione monemur, ut, quo magis omnia nobis ex sententia cedunt, eo similiores Deo evadere studeamus; en doctrinam, quæ omnes malos fortunarum effectus impedit. Deus te omni benedictione cumulat; tu quoque aliis auxilio venito: Deus omnipotens te non aspernatur; nec tu miseros fratres tuos repudiato: Deus tot milena millia peccatorum tibi ignoscit; similiter nec tu erga inferioris ordinis homines immitis esto & crudelis: Deus tibi omnia gratis largitur; nec tu dignitatis, honorum aut compensationis rationem habeto. Neminem profecto superbum, insolentem & elatum invenies, cui Dei clementia proposita est exemplar; neminem immisericordem & durum, qui summum beneficium Deum clementissimum imitari studet.

S. 15.

Quid magis IV, ad justum fortunarum usum stimulare potest, quam christiana religionis doctrina, quæ nos facit certiores, Deum semper nobis adesse. Omnibus vitiis se dederit necesse est, qui co-

B

ram

ram benefico ejusdem beneficiis abutitur. At nos quidem semper non mortalis fautor sed omnipotens Deus comitatur, qui beneficia sua nobis adimere & aliis tribuere potest.

§. 16.

Cautos V. & semper ad fortunarum usum attentos nos reddit christiana religio, docens, nos aliquando de illis rationem reddere debere. Nil nisi dispensatores bonorum divinorum sumus, quibus usum, non abusum Deus concessit. Nonne vir prudens rebus mutuatis duplici cum cautione utetur? Christianæ religionis in fortunarum usu docendo, quis non videt præstantiam? Natura & gentilium quotquot sunt religiones non nisi breves & humanas pœnas male facultates suas collocanti minari possunt: christianorum autem religio divinas & æternas.

§. 17.

En VI. aliam ad optimum fortunarum usum moventem eausam: qui illis recte utitur, honoribus, præmiis & splendore æterno decorabitur. Non solum, dum vivit, fructus fortunarum dulcissimos percipere potest, sed post mortem eum voluptas longe suavior expectat. Quem diligentia tam brevis piget?

§. 18.

Altiora itaque & longe majora VII. quam fortunas bona nobis monstrat christiana religio. Non igitur plus justo eas extollere decemur. Quis enim non altiora bona minoribus præferet, si eis potiri licet?

§. 19.

At nullo modo VIII. christiana religio neglectum & implam fortunarum contemtionem nobis præcipit. Paganismus modo nimis eas prædicat, modo ut hominibus indignas asperatur. Absit; Christiani facultatibus, ut Dei donis, utuntur, quæ spernere neutiquam licet, nisi summum & omnipotentem eorum datorem offendere conseruit,

§. 20.

§. 20.

Tandem IX. christiana religio ad fortunarum jacturam nos præparat. Docet, nihil Deo inscio & nolente nobis accidere posse; eumque, si quando hic nobis adimat bona, æternis & longe majoribus ea esse compensaturum. Docet, nos nullo merito nostro postulare posse, ut semper fortunis secundis pro aliis cumulemur & quamvis mille afficiamur malis, Deum numquam tamen prorsus nos esse relieturum.

DOCTISSIMO, ATQUE ORNATISSIMO JUVENI
ALBERTO WOLFGANGIO DÖNCHIO,
 NEC NON
 FILIO DILECTISSIMO,
JUSTO CHRISTOPHORO KOCHIO,
 ANIMI SUI SENSUM PUBLICE CONTESTANDUM ESSE
 DUXIT
JACOBUS KOCHIUS,
 V. D. APUD LEMGOVIENSES MINISTER.

Et vobis & mihi aliquam gratulorum fortunam, quam pie accipere, qua recte uti, eadem ista, quam aliis hoc ex capite commendatis, nos docet religio. Qualem? haud obscuro hariolatu assequemini, si quæ & quanta fors accidat, tum natis, tum parentibus, per bonam atque ingenuam sui & suorum institutionem, justa pensitatio ne apud animum collocatis.

Tibi quidem, ornatissime DÖNCHI! in primis gratulandum est, quod præter parentes honestissimos, præter ingenium a natura præcox atque felix, præter alios quibus anteja usus eras idoneos præceptores, sortilegium tuum hactenus obtinueris in celeberrimo nostro Gymnasio, sub aliquo mentis curatore, per quem talentum istud, quod Deus & natura tibi concessit, te ipso gnaviter illuc alla-

borante, non potuit non augeri & perpoliri amplius. Dediti hactenus, dum apud nos commoratus es, floridi ingenii nec emarcantis studii tui specimina talia, quæ excitare potuerunt seniorum te intuentium admirationem, & juniorum, sed annis te præcurrentium, invitiam. Sed agnosces, id quod in te peculiare bonum est, tamen proprie non esse tuum, sed a Deo, ad aliquam majorem sceneris redditionem, liberalius commodatum. Observat dator, quærit patria, exspectant parentes & amici, quoisque, jam ad academiam abituriens, in honorum istorum usu procedas? Et qui non procedas feliciter, si, quæ publice jam defendes, porro religiose observes & exerceres ipse. Quod quidem a dexteritate tua indubitus spero, & a summo omnium directore gressum tuorum moderamen appreco benighissimum faustissimumque. Quo antesignanus hactenus & ultro fratum juniorum, adhuc cum laude inter nos degentium, lux & gaudium evadas parentum optimorum, decus & columen religionis christianæ, quæ sola homini decora & columnaris est.

Idem fere & tibi cano, fili dilectissime, Juste mi Christophore! Remanes quidem adhuc in arena ista, ex qua commilito tuus, studiorum curriculo te præmensus, nobis valedicens, jam discedit. Sed bono tuo ulteriori remanes hic, ubi, faustis auspiciis, sub BROKHUSIO & BRANDTIO tuo, quali! & HELWINGIO tuo, quanto institutore! cursum maxime secundum inchoasti & prosecutus es. Laudare te publice ob specimen illud, quod, jurare alii possum, me vel insciente elaborasti, non est parentis. Est potius, monere, ut sorte ista institutoria, quæ a providentia tibi obtigit, recte ulterius ad religionis normam utaris, cumque fratre tuo majore, quem, vel quasi aliud agendo, æmulari &, si posses, fere vincere conaris, meam de vobis conceptam spem, & Patronorum excitatam expectationem, adimplere haud desistas!

Quid vero & mihi jam gratuler? Quid mihi ex religione a filio celebrata statuam officium? Id agnoscunt, id sentient, qui non solum in fronte nomen, sed & cor in pectore gerunt ingenui alicujus parentis. Quid dicam plura? Gratias merito ago amantissimo numeri quam maximas, quod cum de filiorum institutione sollicitum huc extra patriam me vocarat, simul non diu post huc etiam vocavit aliquem HELWINGIUM: qui patriæ juvenes reddat cultiores, quos

quos hæc pueros fere, adhuc rudes, & primo tantum ad pietatem & religionem formatos, dimiserat. Sique vel alia fortunæ bona, quæ feliciorum natos non æque fortunatos reddunt, me deficerent, tamen vel solo isto nomine me habebo feliciorem, atque evenientibus istis quæ natis pie appreco, felicissimum! Scrib. Lemgoviaæ III Cas- lend. Septembr. MD CCLIV.

Anhang.

Ich bin ersucht worden, von der Einrichtung unserer hiesigen Disputirübungen einige Nachricht zu geben; und ich glaube, dass es beim Schlusse dieses Auffazzes am bequemsten geschehen könne. Einige, die uns ihrer Aufmerksamkeit würdigen, meinen, es gehöre zu einer ganzen Disputirübung weiter keine Zubereitung, als dass man etwa eine kleine Dissertation aussezze, dieselbe dem Respondenten übergebe, und ihn alsden zur Verteidigung auftreten lasse. Aber in diesem Falle tuht man uns zu viel Ehre an; es gehört mehr dazu, wenn man jemand zubereiten wil, eine Arbeit dieser Art zum ersten mal zu übernemen. Andere stellen es sich auf einer gar zu geringen Seite vor. Sie wissen es als ganz ausgemacht, dass die Opponenten ihre Einwürfe nicht selbst machen, und dass der Respondent dieselben schon vorher weis und folglich schon beantworten kan. Und es tuht mir nur leid, dass ich unsere Disputirübungen nicht gleich auf diesen Fus eingerichtet habe. Es würde so leicht als ein Kinderspiel gewesen sein, und ich hätte allenfalls ein Paar Sextaner nach diesem Leisten öffentlich können disputiren lassen; da ich jezzo unter der grossen Menge erwachsener Leute nicht leicht einen jeden dazu gebrauchen kan. Es ist doch Schade, dass man fast immer zu späte klug wird. Noch andere halten das Disputiren auf Gymnasien für ganz unnütz; da ich nun zum Unglück das Disputiren, so wie es hier eingerichtet wird, für außerordentlich notwendig, und durch die Erfahrung bestärket für heilsam halte: so stehen wir in einem wahren Widerspruch. Was ist da zu tuhn? Ich ziehe, aus Liebe zum Frieden, meinen Hut ab, und beuge aus. Das Publikum, mit welchem alle öffentliche Personen, und Lerer insonderheit, in vielfacher Verbindung stehen, hat viele Köpfe und eben so viele Zungen. Ich ver-

verdenke es ihm demnach gar nicht, daß es so verschieden denket und redet; es gehöret mit zu seinem bunten Charakter. Ich bin so eigensinnig nicht, ich lasse ihm gerne hierin seine Freiheit; aber es mus gleichfalls nicht böse werden, wenn ich mich auch der meinigen bediene; denn ich bin zum Glück auch ein Teil des Publikums. Diesen meinen Rechten zufolge habe ich bei unsren Uebungen folgende Einrichtung beliebet, wie allen unsren Untergebenen bekant ist:

- 1) Wenden wir in jeder Woche zwei volle Stunden zum lateinisch reden und disputiren an, da denn insonderheit wider diejenigen philosophischen und theologischen Lehrsazze Einwürfe gemacht werden, welche die Woche hindurch in den öffentlichen Lehrstunden erklärt worden.
- 2) Erhält ein Anfänger bei diesen Uebungen unstreitig die beste Gelegenheit, Muht und Hülfe, den jedesmaligen Zuwachs in der lateinischen Sprache sichtbar zu machen, viele Vorteile zu geschweigen, welche sich, durch das blosse Uebersezzen aus dem Lateinischen in das Teutsche, und aus diesem in das erste, allein nicht erhalten lassen, ob beides gleich unentberlich nötigt.
- 3) Wird durch diesen bequemen Weg das Gehörete und Erlernete bei beiden streitenden Teilen auf eine nähere Art geprüft, bestätigt und erweitert;
- 4) Hiernächst aber auch die Fähigkeit zu urteilen ungemein vermeret, und alles, was eine gesunde Logik vorträgt, praktisch angewendet.
- 5) Diese fortgesetzte öffentliche Uebungen haben uns, unter dem Einflus des göttlichen Segens, in den Stand gesetzt, dass wir innerhalb fünf Jahren schon ofte an ganz feierlichen Tagen von dem etwanigen Fortgange dieser Arbeit Proben haben liefern, und dass ganz würdige Männer, welche gleichfalls durch die Neubegierde gereizet worden, mit ihren unvermüteten Einwürfen daran haben Anteil nemen können.
- 6) So ofte nun bisher von uns disputiret worden: so ofte hat auch der jedesmalige Respondens den ersten Entwurf der Dissertation selbst machen müssen, wozu ihm bei Gelegenheit einer philo-

- phischen oder theologischen Lehrstunde das Thema und die Ein- teilung nicht anders als mündlich im Diskurs gegeben worden.
- 7) Ob ich nun gleich in solchen Fällen schon manches rühmliches Zeugnis des Fleisses erhalten: so habe dem ungeachtet alle bisherige jugendliche Versuche ganz und gar umgearbeitet.
- 8) Der gegenwärtige ist der allererste, den meine Lefer so erhalten, wie er mir von dem fleissigen und geschikten jungen Verfasser desselben, *Justus Christophorus Koch* in die Hände geliefert worden.
- 9) Da es künftigen 4ten Sept. eben volle fünf Jare sind, seit dem mir mein Lehramt und mit demselben dieser junge Mensch anvertraut worden: so habe in diesem Aufsazze mit gutem Bedacht GAR NICHTS ändern wollen, sondern übergebe ihn dem Publikum, so wie er ist, zur Probe der geringen Früchte unserer Arbeit, den würdigen Eltern zur Freude, dem jungen Verfasser zur Aufmunterung, allen seinen gegenwärtigen und künftigen zahlreichen Mitschülern zur Nacheisierung, dem Höchsten aber, der unsere Arbeit bisher augenscheinlich und mehr als wir wehrt sind, gesegnet hat, zum Preise und zur Dankslagung.
- 10) Da die Materie sehr praktisch ist: so hätte ich freilich sowol im Ausdruk als in der Ausführung gerne manches verbessert und erweitert; aber alsden würde ich es für keine *ungeänderte* Probefchrift haben ausgeben können. Und vielleicht glauben ohnedies noch wol einige milzfüchtige Politiker, dass etwas von meiner Arbeit untergelaufen sei. Aber das sind gemeiniglich Leute, die sich selbst eben nicht viel zutrauen dürfen, und eben deswegen von einem Jünglinge nicht einmal ein Duzzend gesunde Gedanken vermuten. Wüsten sie, auf was vor einem zärtlichen Punkte die Ehre eines öffentlichen Lerers bei solchen Versicherungen beruhe: so würde man nicht so unglaublich sein. Würde nicht ein einiges Zeugnis dieser Art den Lerer vor seinem Untergebenen, der es anders weis, Zeit Lebens lächerlich und schamroht machen?
- 11) Werden an dem künftigen Sept. zur Verteidigung dieser Sätze auftreten
- 1) Des Vormittags um 9 Uhr unser fleissiger und geschikter *Albrecht Wolfgang Dönch*;
- 2) Des

- 2) Des Nachmittags um 2 Uhr der junge Verfasser dieser Blätter.
- 12) An eben dem Tage werden jedesmal, wenn das Disputiren vorbei ist, einige unserer bisherigen lieben Zuhörer auf die Katheder treten, um in teutscher Sprache von Lemgo öffentlich Abschied zu nemen.
- Des Vormittags*
- 1) CHRISTOPH FRIEDERICH VARENHOLZ, aus Bardettrup, handelt von der Wachsamkeit der göttlichen Vorsehung für die ware Glückseligkeit der Menschen, und geht nach Marburg.
 - 2) CHRISTIAN HEINRICH SCHNITGER, aus Lemgo, wird von den Vorzügen der Schuljare reden, und begiebt sich nach Halle.

Des Nachmittags

- 3) ALBRECHT WOLFGANG DÖNCH, von Lauenhagen im Bükkeburgischen, der nach Marburg ziehet, wird
- 4) mit GEORG KARL STEIN, von Detmold, der nach Halle reiset, ein Gespräch halten, welches die Hausynoden abschildern wird, welche gemeiniglich gehalten werden, ehe ein junger Mensch nach Universitäten geschickt wird.
- 5) SIMON THEODOR HOFFMAN, von Brake, wird beweisen, dass Lerer unter die größten Wohltäter des gemeinen Wesens gehören, und besuchet nunmehr Marburg.

GOTT, der bisher mit ihnen gewesen, leite sie insgesamt noch ferner mit seiner Gnade, und gebe, dass wir nicht allein in dieser gegenwärtigen lemgoischen Verbindung, sondern auch, wenn wir von einander zerstreuet werden, zu allen Zeiten, an allen Orten und in allen Umständen vor allen Dingen GOTTES Ehre und mit derselben unsere wahre Wohlfart aufs möglichste suchen mögen. Lemgo den 1 Sept. 1754.

CHRISTIAN FRIEDERICH HELWING.



© SUB GOTTFRIEDEN/GDZ



QPCARD 201

